

68. Sive enim ipsum momentum, quo Spiritus sanctus voluntatem hominis per verbum auditum aggreditur, & jamjam in ea conversionem efficit, consideres: sive gratiam divinam expendas, qua sola novos motus in voluntate accedit. & ex mala bonam, ex repugnante obedientem praestat: sane voluntatem, ut subjectum patiens, respectu caussæ efficientis, passivè se habere manifestum est.

69. Neque vero propterea nullum inter hominem. & truncum sive saxum relinquitur discrimen, aut ideo hominis conversionem modo quodam coacto aut violento fieri statuendum fuerit.

70. Nam 1. Neque truncus, neque saxum, aut illa aliqua irrationalis creatura convertitur unquam: sed homo lapsus; 2. et si Spiritus sanctus invenit naturam repugnantem: ipse tamen in Conversionis actu magis magisque ex nolente facit volentem, ex repugnante obedientem.

71. Cujus differentia intuitu, nonnulli Theologi Aptitudinis & capacitatis elogium homini tribuere non exhorruerunt: non quidem sensu Pelagiano aut Synergistico: sed hoc dunt taxat respectu, quod Homo est subjectum ἵκανον, vel, ut Philosophi loquuntur, subjectum habile conversionis, quod videlicet potest converti & car pax conversionis: non quidem ex se, sed ex operazione Spiritus sancti.

Quam